

*De ceteris in hac quaestione nolo amplius
quid addere, cum plura quàm satis est, ad
hac absurda alias verba fecerim.*

De quaestione decimatertia.

An Modi Musici rectè definiantur.

B*inas in responsione ad hanc quaestio-
nem affers Modorum Musicorum defi-
nitiones. Priorem Glareani, quæ est, quòd
Modi sint ipsius Ἀγὸ τῶσῶν consonan-
tiæ species, quæ & ipsæ ex variis Ἔ Ἀγὸ
τῆντε & Ἀγὸ τῆσάργων speciebus con-
flentur. Hanc, inquis, tanquam ex com-
mentario sumam, Musicos ad Præcepti for-
mam miuùs invidendam ita efferre. Mo-
di sunt certa Harmoniæ genera, quæ ex
septem Ἀγὸ τῶσῶν speciebus, seu octa-
vis pro variâ quintarum & quartarum
connexione oriuntur. Hanc definitionem
legitimam esse contendis, cum 1. comprehen-
dat naturam Modorum generaliter, 2. Ge-
nus rectè assignet, & 3. differentiam expli-
cet. Ego contrà vitiosam eam esse assero &
assumo tuum argumentum, quòd videlicet
hæc definitio non modi generaliter per se,
sed*